Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Iohanne

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

neque quia talia sunt docet. Et ille: Ego vi-
di oculis meis. Ille autem interrogavit
de festuca et de trabe quid esset. Respondit de fe-
stuca: que de festuca esset, et de trabe, que
de trabe esset. Et pastor de corde suo
qui peccata tua sunt sicut trabes, illius autem ve-
lut pusilla festuca. ¶ Frater quidam qui peccatum
grande fecerat, nolens penitere venit, et in-
terrogavit pastorem si multum esset. Et
dixit: multum est. Et quesivit si annum iuberet.
Ait: multum est. Astantes autem dicebant usque
ad xl dies. Et ille: multum est. Et ad-
iecit: Puto si ex toto corde homo peni-
tuerit et penitentiam non iterat et per triduum, et tri-
nam suscipiet deus. Interrogat de illo vi-
ro qui iuvenem sive frater suo suum cum eo et est ait.
Exivi requirere quare voluit fratrem nemi-
nem adiisset eum: dolui, oculum detractum
et exhalat. Et scivi se cum eo in cellis. Si
autem aliquis voluerit te separare a domino, prohi-
bere eum. Dixit iterum pastor: Qui querulosus
monachus non est. Qui maliciam in corde suo te-
net monachus non est. Qui malum pro malo
reddit monachus non est. Qui elatus et verbosus mo-
nachus non est. Qui vero vere monachus est, semper est
humilis, mansuetus, caritate plenus, timo-
rem dei semper et ubique pre oculis habet ut non peccet.
Dixit iterum: Quasi sicut tres in unum exierint, unus
bene quiescit, alius autem infirmatur et gratias agit,
tertius vero ministrat ei sic ex sincera voluntate,
hii tres similes sunt uni operi. ¶ Cum quidam
frater sciret quod multas cogitationes haberet,
ipsius pulsaret cum sancto abbate nudo ac
diceret: Expande sinum et apprehende
ventum. Qui ait: Non possum. Et ille: Sic
cogitationes prohibere potes ne inveniant,
sed tuum est resistere eis. ¶ Interrogabat ali-
quando frater quod debilitate sua dimissa fa-
cere dixit ut per tres dies ad se rediret.
Qui cum rediisset, ait illi: Si dixero da eam eccle-
siam facient inde convivia.
faciat idolo. Si dixero da eam pauperibus,
non est ei vere. Si dicam da eam peregrinis,
secure eris. Quicquid tibi vis fac cum
non habeo, sed mutas penitentiam. De Sancto Iohanne solitario.
Iohannes abbas cum solitariam pararet et xl an-
nis in heremo habitasset, interrogavit eum quidam quid
tum exercitio profecisset. Et ille dixit: Ex quo ce-
pi solitarius esse, numquam me vidit sol man-
ducantem. Et Iohannes non me videntem irascentem si-
mile fecit legitur ibidem. Quod cum episcopus Epipha-
nius episcope abbati Hylarioni carnem daret,
ille ait: Ignosce mihi quia ex quo accepi
habitum hunc non manducavi quicquam occisum.
Cui episcopus: Ex quo accepi habitum hunc non di-
misi aliquem dormire qui aliquid adversum
sum me haberet nec dormivi habens ad-
versus aliquem. Cui ille: Ignosce
mihi quia melior es quam ego. Volens Iohannes
ad similitudinem angelorum non operari,
sed de sua contemplatione vacare, se ipsum
expoliavit et unam ebdomadam in here-
mo fecit. Cum autem fame periclitaret
et aculeis muscarum et vesparum morderetur,
tota ulcerata rediit ad hostium fratris
sui pulsavit. Ad quem ille: Quis es tu? Et
ille: Ego sum Iohannes. Frater autem ille dixit: Si-
lenter qui Iohannes est angelus factus est et inter
homines ultra non est. Et ille: Vere ego sum. Et
non aperiens eum dimisit eum affligi usque
mane. Postea aperiens dixit: Si homo es,
opus habes iterum operari ut pascaris et
vivas; si autem angelus, quid queris intrare
cellam. Et ille dixit: Ignosce mihi frater,
quia peccavi. Cum autem moreretur, roga-
verunt eum fratres ut ad verbum salutare
et compendiosum loco hereditatis eis re-
linqueret. Qui ingemiscens ait: Numquam
feci propriam voluntatem nec aliquem do-
cui quod quod prius ipse non fecerim. Hi
militat patrum. De abbate Moyses.